Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

ac electio ad finem referetur. Quecunq igitur uel futura
uel presentia suadentibus expetenda sunt: et ex quibus de
utili fidem facimus: ad hec definitatim moribus ac institutis
Item quo quibus et quo pacto inueniemus: quantum ad pms
opus est: dictum est. diligenciis uero de his in politicis ex
planauimus. ꝛc. Capitulum 9m

De honesto ac laudabili q̃ ad demostratim gnis ptinet

Nunc autem de uitio ac uirtute honesto ac turpi di
camus. Laudantes enim ac uituperantes hec intelligimus.
Continget etiam: si de his dicemus: illa simul aperire
quibus quales quidam moribus putabimur: quod secundo loco
fidem facere dicimus. ex eisdem autem et de nobis et
de aliis uirtutis opinionem facere poterimus. Verum quam acid
ioto uel secus laudare sepe non plus hominem aut deum.
sed etiam in anima: aliorumque animalium quodlibet: de his
quoque propositiones eodem modo accipiende. Fauere ueluti ex
empli gratia hec etiam peruiderimus. Honestum igitur est: quod
cui bonum sit: id circo iocundum est: quoniam bonum. Quod
si sic est necesse est uirtutem honestum esse. nam cum sit
bonum laudabile quoque est. Est autem uirtus ut uidetur uis
quedam productiua et conseruatiua rerum bonarum. Item uis
benefaciendi multa et magna et omnia in omnibus. Huius
partes Justicia fortitudo modestia magnificentia magnani
mitas liberalitas mansuetudo prudentia sapientia.
Necesse autem est: si quidem uirtus benefaciendi uis est max
imas eas esse uirtutes: que plurimum aliis conferunt. Eua
propter iustos ac fortes maxime laudant: tum alii bello
alii etiam in pace utiles hominibus sint. Deinde liberales
non enim contendunt de pecuniis: sed largiunt eas: quas
sumopere ceteri cupiunt. Justitia igitur est uirtus: qua singli
sua secundum leges possident. Iniusticia est: per qua aliena con
tra leges timent. Fortitudo est: per qua actiui bonarum
rerum et leges iubent in periculis suum legibus admista
tur. Huius contrarium timor est. Liberalitas est pecuniis